

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXIII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

te paulisper ala, unde subit aura, motum etiam ætis
in reliquum excipiunt corpus, atque ita sustinentur.
Punica malo nunquam insider, imo ne aspectum fert:
at bubonis videndi maxime tenetur desiderio. Comi-
tialem morbum vivus in olla crematus, sanare dicitur.

C A P U T X X I I I .

D E M A N U C O D I A T A
& M E R G O .

QVINQUE *Manucodiatarum* species observavit *Aldrovandus*; Omnes quoad corpus vix hirundine
majores, haud dissimiles caput. Vita illis continua
in aëre dicitur, quies, & non nisi in motu tonico.
Carent enim pedibus & nonnisi exfortes vitæ terra su-
stinet. Vanum, Difficulter enim in eo ligatis sensibus
capietur somnis; summum quippe motus tonicus ex-
ercitium est. Par illud, in musculorum dorso cavita-
tem esse, in hanc fœmellas, quibus etiam venter ca-
vus, ova sua deponere. Nil tale invenit Aldrovandus,
qui *Manucodiatas* vidit. Nec diversum, pasci rore, tum
quia sublime volare dicuntur, tum quia non semper
ros est. Restaurandum autem semper, quod semper de-
perditur. Ianissatos Indiæ populos pennis ejus exorta-
ri dicit *Bellonius*, batum adjumento illætos ē in pri-
ma acie futuros existimant. De *Paradyso* venire, vo-
luptatum illius indicem, persuasere Regibus Marmin
Mahumetani. *Mergi* in Oriente piscium capiendorum
capiuntur causa. In civitate quadam, inquit *Odori-*
cus à Foro Iulii, ad magnum fluvium sita in Oriente,
hospitem piscaturum comitamus, vidi in *Navigulis* ejus
mergos super pertica alligatos, quibus ille guttur filo li-
gavit, ne pisces captos devorare possent. Ponunt autem ad
singulas naves tres magnas cistas, unam in medio, & ab
istroque extremo singulas. Tum mergos solutos dimisit;
qui mox pisces quam plurimos cepere, & ipsimet in ci-
stas illas imposuerat, ita ut brevi tempore omnes replever-
int. Tum hospes filis à gutture soluti, eos jam sibi i-
psis

p̄sis p̄scari, & p̄scibus p̄sci permisit. Hi p̄asti ad loca propria revertuntur, iterumque perticis alligantur. Idem Venetiis factum scribit Scalig. Dmisso in profundum capite, auratum signa sub fluctibus colligunt, & prævidentes æquoris tempestatem cum clamore ad littora tendunt. *Isidor. l. 12. c. 7.* *Micæalus* vapores ab aquis ad imbriferam nubem erigendam sursum attoll, sagaciter subodorari ait. Iecur ejus assatum cum oleo & modico sale, tam præsentaneum esse à rabido cane demolis, ut æger protinus aquam flagitet, auctor est *Etius*. Idem in veteratum sale, ex hydromelite duobus cochlearibus potum, secundas pellere apud *Dioscoridem* legimus.

C A P U T X X I V . D E N O C T U A & N I S O .

NOCTUARUM quondam in Attica maxima copia. In Crœta nec nascitur, nec vivit advecta. In Alpinis etiam Helvetiæ regionibus non est. Sexagenis diebus hyemis cubat. Novem dierum abstinentia non latur. *Plin. l. 10. c. 17.* In tenebris etiam & silente luna videre scribit Eustatius. Vix, propter defectum medi. *Crescent. l. 10. c. 16.* Die tamen non videt, propter nimis siccum & tenuem humotis substantiam, quæ ad luminis igneum dissipatur. Sonum edit duplice, Vnum tou, tou; alterum vocant cucubare. Cum corvis summas inimicitias gerit. Scribit *Pausanias* hastam noctuæ & cariotas, quæ in palma ad similitudinem palmularum ex auro factæ fuerunt, corvos abipiisse. Vulgo observatum est: Noctuam, si nemora relinquit, annum sterilem præfigite. Ebriosis ova ejus per triduum in vino data, tedium ejus inferunt. *Plin. Nisus* tempore hyberno in sylvis cæduis habitat, non ante occasum, in suum latibulum revertitur. Cum visum intendit in aliquid, nigredo oculorum pupillæ major evadit, quam alias. De hac ave in le-

gibus